



2b. 15



27.
29

ILLUSTRISSIMUS

Princeps ac Dominus,

DN. GEORGIUS

Bregensium & Lignicensium

in Silesia Dux Augustissimus,

RECTOR

ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ

Magnificentissimus

PRO-RECTORE

Magnifico

Viro Excellentiss. & Consultiss. DN.

M. CHRISTOPHORO NEANDRO,

Philosoph. moral. Prof. P.

ad

NATALITIA

Salvatoris nostri devotè concelebranda

&

Animi gratitudinem erga venerandum ministerium
declarandam

Reip. litterariæ cives clementif-

simè invitat.

Anno extremo ∞ 13 CXXII.

LITTERIS HARTMANNIANIS.



2/

DAVID GILLES

PROGNOSTICUM

ANNO DOMINI 1709

M. CHRISTOPHORO NEANDRO

MATHEIA

Reip. litterarum cives clementis

ANNO EXACTO 1709

LITTERIS HARTMANNI



E Cquis hic insultās nitor est? quid sidus inumbrat
Cæli nocturnum? mediis Nox unde tenebris
Matuta speciosa magis claraq; meridie?
An rubor hic vespertinus? numne ortus Eous?
Ecqui sunt numeri, quæ Musica, da da la chordis
Quæve mele, insolita facie queis personat æther?
Fallor? an ipse Oriens ex alto disjicit umbras,
Primigenumque sua jubar arcet luce tenebras?
Est ita. Collustrans Splendor splendoribus orbem,
In Patris gremio, conceptu mentis Iovæ,
Orbes cum nondum cæli raperentur in orbem,
Luciferum ante satus rutilantem Lucifer ipse,
Mortalem Mariæ sine patre indutus in alvo
Formam, migravit natura conditor usum,
Natura: VERBUM CARO FACTUM; PUSIO Numen:
Quod toties sancti voluerunt cernere Patres,
Attamen haud sancti valuerunt cernere Patres.

Faticano jubar hoc oriturum pectore vidit
Amosides satus: Gens turpi dedita pago,
Damnifico jugis quam nox obnubit amictu,
Surgentis magnum spectavit Lucis honorem:
Et quot alit tellus Lethæis clusa tenebris,
His Soli geminum radiato lumen obortum.
Natus enim NOBIS PUER est, datus unicus unis

FILIUS est NOBIS, proprias qui imponit onustum
In scapulas Regnum: cui nomenclatio, MIRUS,
CONSULTOR, DOMINUS FORTISSIMUS, ARBI-
TER ÆVI,

Quod semper fuerit, quod nunquam cœperit esse,
Et PACIS, vertat quam nulla injuria, PRINCEPS.

O lucem fusca letam sub nocte sepultis!

O lucem captis letam Plutonis ab umbris!

Excita studio speculandi regia cœli

Lucem hanc, unde suam cepit, descendere visa est

In terrâ, Terra vab nost' hic cedere cœlum!

Non capit hic sese gens cœli lucida, rebus:

Cœlitibus missis Pueri cunabula cingunt:

Mirantes non rimantes arcana Iehovæ.

Visunt sub dio ad stabuliq; gregisq; magistros

Connubio noctis, Mariam genuisse celebrant,

Atq; vicem erumpunt nostram sua gaudia cantu:

GLORIA sit Iovæ, vigeat PAX aurea terris,

Velle hominum sit VELLE DEI: sit GLORIA Iovæ.

Quid? quod & insuetum fulgescit in æthere sidus,

Quo duce Persarum proceres (imponere honorem

Aris, & plebi dare jus, perdiscere cœli

Ingenium soliti, Musisq; litare profanis)

Ad.

Ad tua venerunt Bethlehem, vix cognita nuper
Ipsa tibi, nunc civae tuo notissima mundo,
Mœnia, & infanti donum tetulere triforme,
Auram auri, lacrimas stactes, & turis acerram.

Et tua res agitur, libris adnata Iuventus:
Et vobis orta est Lux, vobis Parvulus ille
Natus. Ut exuvias omnis deponat homullus
Criminis, induvias Deus induit altus homulli.
Mortalis factus, mortales propter, IOVAH,
Ut sint mortales JOVÆ, vivantq; JEHOVÆ
Sedibus è superis Lux cœli effluxit adimas,
Luce sua ut tenebras cordis dissolveret atras,
Et carni amissam repararet carne Salutem.

Nam veluti egoceros lucens Hyperionis astrum
Cum tenet hospitio, decrescunt noctis opacæ
Membratim tenebræ, & fit longior hora diei:
Sic DEUS ut terram cœli descendit ab axe,
Ex Mariaeq; utero communes ivit in auras,
Redditæ vis minor est Mortis, vis aucta Salutis.

Et quid adhuc ò homo sacros modularier hymnos
Argumenta piget gratæ certissima mentis?
Nunc lati ingeminate sonos, nunc plaudite ovantes.
Arbiter Hebrææ ferus aula, totus & orbis

Iudææ:

*Iudæa paveant animis, cui sidera parent
Regem, qui credunt, evanida regna morari.
Degeneres animos timor arguit ille malignus.
Quisquis amat Lucem plus quam caliginis Orcum,
Incine, LAUS cælo, PAX terræ, Hominiq; VOLUPTAS.
Nam quid habes aliud? Cæli præeunte Chorago
Qui recinit, læta spirat sua carmina cælo;
Illa dies hæc, illa DEVS sibi carmina poscunt.*

*Cælitus emissam lucem haud seclude, fenestras
Pande animi: Cuna vel trita crepundia Christum
Non iterum accipiunt: renuit præsepia mandræ.
Nascenti puero cunas sub pectore adorna,
Exverris scelerum viduas vitiiq; saburra:
Pectoris impuri Lux hæc frigescit in igni.
Sola fides animi mentem pietasq; serenat,
Respicit hanc solam, non vestem, paupere natus
Caula, non aula Regis: cunabula nullo
Segmentata auro, nullus color improbus ostri.
Non Babylonis acu depicta aula, tapesq;
Tonsilis, illius decorant Natalis honorem.
Longe alios poscunt ejus Natalia cultus.*

*Sic cupis esse DEI templum & cunabula Christi,
Agglomerata cætu Christiano, & templa subintra*

Dum

Dum licet: ad fini quod non permittit Iberi
Trux genti miles. Quam multi audire vel horam
Exardent hodie, sed frustra, Sacra docentem!
Non opus est alio sub Sole exquirere Christum,
Quod fecere Magi. Si mens, exquirere Christum,
Sacra DEI verba scrutare, crepundia sunt hac,
Queis sese implicuit DEUS infans factus: in illis
Est exquirendus. Verba hac sunt fidus Eo
Lucidius Phæbo, pede non remorante sequendum,
Discere si gestis Christum, Christumq; videre:
Huc animi par est penitus convertere mentem,
Non aliorapiant Ratio, quæ somnia fingit,
Et vatum lusus, deliramentaq; plebis,
Ubera Pontificum sugentis in arce Quiritum.
Hic sat miraculi est, nova ne miracula cudas.
FACTUS HOMO DEUS est; Peperit maris inscia Virgo.
Hac sunt facta Tibi, hac animo capienda fideli.
Quod Puerum norint asinus vaccaq; maritus,
Atq; Decembris (adhuc quo de sub iudice lis est)
Flatu comburens frigus fervente fugarint,
Ævo maturi pueriq; est nenia, Trinos
Ex Oriente Deum Reges ditasse Sabæos
Munere tergemino, capit is persuasior asi est:

Usq;

Usq; adeo monstrata diu trahit orbita mendii!
Si cura ista tibi est Christi proferis amorem,
Et MYSTÆ sit cura, tui cui credita cura est.
In te qui Christum format, hunc munere maçta.
Plurima, qua Pueru huic non sunt Pueriq; ministro
Reddita, deferrì à milvis spectamus ad Arcton.
Multa tibi IESV debemus: ne sine IESV
Absumant Arcto reduces tibi debita IESV.
Sponte tibi tua fac reddamus debita IESV.

M. P. F.

Ja 666



ULB Halle 3
002 177 021



A white rectangular library label with a barcode and identification numbers.

5b-700

Von 7

MC





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



27.
29

SSIMUS
ominus,
RGIUS
ignicensium
agustissimus,
O R
NCOFURTANÆ
issimus
TORE
o
Consultiss. DN.
RO NEANDRO,
Prof.P.
ITIA
tè concelebranda
nerandum ministerium
am
ves clementif-
tat.
∞ Jo cxxii.
MANNIANIS.

